

revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differentia discretiónis sentimus. Ut in confessióne veræ sempiternaeque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

### Communió

De fructu óperum tuórum, Dómine, satiábitur terra: ut edúcas panem de terra, et vinum lætíficet cor hóminis: ut exhílares fáciem in oleo, et panis cor hóminis confírmet. (Ps 103:13; 103:14-15)

1. Bénedic, ánima mea, Dómino. Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter!
2. Majestátem et decórem induísti, amíctus lúmíne sicut vestiménto.
3. Exit homo ad opus suum et ad operatiónem suam usque ad vésperum.
4. Quam multiplicáta sunt ópera tua Dómine! Omnia in sapiéntia fecísti, impléta est terra creatúra tua.

### Postcommunió

Vivíficet nos, quaesumus, Dómine, huius participátio sancta mystérii: et páriter nobis expiatiónem tríbuat et múnimen.

be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubiniai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.


### KOMUNIJA

Viešpatie, žemė kupina Tavo darbo vaisių. Tu augini duoną iš žemės – ir vyną, kuris linksmina žmogaus širdį, kad net nuo alyvmedžių aliejaus švyti veidai, ir duona stiprina žmonių širdis. (Ps 103:13; 103:14-15)

1. Šlovink Viešpatį, mano siela! Viešpatie, mano Dieve, esi be galo didis!
2. Apsisiautęs garbe ir didybe, apsigaubęs šviesa lyg drabužiu.
3. Žmogus eina prie savo darbo ir triūsia iki vakaro.
4. Viešpatie, kokie įvairūs tavo kūriniai! Kaip išmintingai juos visus sukūrei! Tavo kūrinių pilna žemė.

### POSTKOMUNIJA

Meldžiame, Viešpatie, tegu dalyvavimas šioje šventoje paslapyje atgaivina mus ir suteikia mums atleidimą bei apsaugą.



## Proprium Missæ

# DOMINICA XII POST PENTECOSTEN XII SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



### Introitus

Deus, in adiutorium meum intende: Dómine, ad adiuvándum me festína: confundántur et revereántur inimíci mei, qui quærunť ánimam meam.  
Ps. Avertántur retrórsus et erubéscant: qui cógítant mihi mala. (Ps 69:2-3, Ps 69:4)

### Collecta

Omnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur: tríbue, quaesumus, nobis; ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus.

### Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios (2 Cor 3:4-9)

Fratres: Fidúciam talem habémus per Christum ad Deum: non quod sufficiéntes simus cogitáre áliiquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficiéntia nostra ex Deo est: qui et idóneos nos fecit minístros novi testaménti: non líttera, sed spírítu: líttera enim occídít, spírítus autem vivíficat. Quod si ministrátio mortis, lítteris deformáta in lapídibus, fuit in glória; ita ut non possent inténdere fili Israél in fáciem Moysi, propter glóriam vultus eius, quæ evacuátur: quómodo non magis ministrátio Spírítus erit in glória? Nam si ministrátio damnationis glória est multo magis abúndat ministérium iustítie in glória.

### INTROITAS

Dieve, ateik man padėti! Viešpatie, skubėk manęs gelbėti! Tebūna nugalėti ir tepakrinka mano priešai, kurie kėsina sielą. Ps. Tesitraukia ir tebūna sugėdinti, kurie nori man blogio. (Ps 69:2-3, Ps 69:4)

### KOLEKTA

Visagalis ir gaillestingasis Dieve, dėl kurio malonės Tavo tikintėji Tau tarnauja vertai ir teisingai. Meldžiame Tave, kad mes be kliūčių galėtume skubėti prie Tavo pažadėtų dalykų.

### EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams (2 Kor 3:4-9)

Broliai, tokį pasitikėjimą Dievu mes turime Kristaus dėka. Ir ne todėl, kad būtume savaimė tinkami ką nors sumanyti tarytum iš savęs, bet mūsų tinkamumas iš Dievo, kuris padarė mus tinkamus būti tarnais Naujosios Sandoros – ne raidės, bet Dvasios, nes raidė užmuša, o Dvasia teikia gyvybę. Jeigu tarnavimas mirčiai, iškaltas raidėmis akmenyse, buvo toks garbingas, kad Izraelio vaikai negalėjo pažvelgti Mozei į veidą dėl jo švytėjimo, kuris turėjo išblėsti, tai nepalyginti didesne garbe bus apgaubtas tarnavimas Dvasiai. Jeigu pasmerkimo tarnystė tokia garbinga, tai teisumo tarnystė dar garbingesnė.

## Graduale

**Benedicam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.**

V. In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant mansuéti, et læténtur. (Ps 33:2-3)

## Alleluia

**Allelúia, allelúia.**

V. Dómine, Deus salútis meæ, in die clamávi et nocte coram te. Allelúia. (Ps 87:2)

## Evangelium

*Sequéntia sancti Evangelíi secundum Lucam (Luc 10:23-37)*

**In illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis: Beáti óculi, qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophætæ et reges voluérunt vidére quæ vos videtis, et non vidérunt: et audire quæ audítis, et non audiérunt. Et ecce, quidam legisperítus surréxit, tentans illum, et dicens: Magister, quid faciéndó vitam ætérrnam possidébo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quómodo legis? Ille respóndens, dixit: Díliges Dóminum, Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex ómnibus víribus tuis; et ex omni mente tua: et próximum tuum sicut teípsum. Dixítque illi: Recte respondísti: hoc fac, et vives. Ille autem volens iustificáre seípsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus próximus? Suscípíens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendébat ab Ierúsalem in Iéricho, et incidit in latrónes, qui étiam despoliavérunt eum: et plagis impósitis abiérunt, semivívo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descénderet eádem via: et viso illo præterívit. Simíliter et levíta, cum esset secus locum et vidéret**

## GRADUALAS

Visuomet Viešpatj garbinsiu, jo šlovė nuolat bus man ant lūpų.

V. Viešpačiu didžiuojasi mano siela, – kuklieji girdės ir džiaugsis. (Ps 33:2-3)

## ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Viešpatie, Dieve, mano Gelbėtojau, dieną ir naktį tavęs šaukiuosi. Aleliuja. (Ps 87:2)

## EVANGELIJA

*Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 10:23-37)*

Anuo metu, Jėzus kalbėjo savo mokiniams: „Palaimintos akys, kurios regė, ką jūs regite. Sakau jums: daugel pranašų ir karalių troško išvysti, ką jūs matote, bet neišvydo, ir išgirsti, ką jūs girdite, bet neišgirdo“. Štai atsistojo vienas Įstatymo mokytojas ir, mėgindamas jį, paklausė: „Mokytojau, ką turiu daryti, kad laimėčiau amžinąjį gyvenimą?“ Jėzus tarė: „O kas parašyta Įstatyme? Kaip skaitai?“ Tas atsakė: Mylėk Viešpatį, savo Dievą, visa širdimi, visa siela, visomis jėgomis ir visu protu, o savo artimą kaip save patį. Jėzus jam tarė: „Gerai atsakei. Tai daryk, ir gyvensi“. Norėdamas pasiteisinti, anas paklausė Jėzų: „O kas gi mano artimas?“ Jėzus prabilo: „Vienas žmogus keliavo iš Jeruzalės į Jerichą ir pakliuvo į plėšikų rankas. Tie išrengė jį, sumušė ir nuėjo sau, palikdami pusgyvį. Atsitiktinai tuo pačiu keliu ėjo vienas kunigas. Jis pamatė, bet praėjo kita puse kelio. Taip pat ir levitas, pro tą vietą eidamas, jį matė ir praėjo kita kelio puse. O vienas pakeleivis samarietis, užtikęs jį, pasigailėjo. Jis priėjo prie jo,

eum, pertránsiit. Samaritánus autem quidam iter fáciens, venit secus eum: et videns eum, misericórdia motus est. Et apprópians, alligávit vulnera eius, infúndens óleum et vinum: et impónens illum in iuméntum suum, duxit in stábulum, et curam eius egit. Et áltera die prótulit duos denários et dedit stabulário, et ait: Curam illíus habe: et quodcúmque supererogáveris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium vidétur tibi próximus fuísse illi, qui incidit in latrónes? At ille dixit: Qui fecit misericórdiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, et tu fac simíliter.

## Offertorium

**Precátus est Moyses in conspéctu Dómini, Dei sui, et dixit: Quare, Dómine, irascéris in pópulo tuo? Parce iræ ánimæ tuæ: meménto Abraham, Isaac et Iacob, quibus iurásti dare terram fluéntem lac et mel. Et placátus factus est Dóminus de malignitáte, quam dixit fácere pópulo suo. (Exod 32:11 32:13; 32:14)**

## Secreta

**Hóstias, quaesumus, Dómine, propítius inténde, quas sacris altáribus exhibémus: ut, nobis indulgéntiam largiéndó, tuo nómini dent honórem.**

## Præfatio de ss. Trinitate

**Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérrne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória,**

užpylė ant žaizdų aliejaus ir vyno, aptvarstė jas; paskui, užkėlęs ant savo gyvulio, nugabeno į užeią ir slaugė jį. Kitą dieną jis išsiėmė du denarus, padavė užeią šeimininkui ir tarė: 'Slaugyk jį, o jeigu išleisi ką viršaus, sugrįžęs aš tau atsilyginsiu'. Kas iš šitų trijų tau atrodo buvęs artimas patekusiam į plėšikų rankas?' Jis atsakė: „Tas, kuris parodė jam gailėtingumą“. Jėzus atsakė: „Eik ir tu taip daryk!“

## OFERTORIUMAS

Bet Mozė maldavo Viešpatį, savo Dievą, ir sakė: „Viešpatie, kam gi dega įniršis ant Tavo tautos? Naramink savo pyktį: atsimink Abraomą, Izaoką ir Jokūbą, kaip tu jiems prisieikei duoti žemę su pieno ir medaus upėmis. Ir Viešpats pasigailėjo ir nesiuntė nelaimės, kuria buvo grasinęs savo tautai. (Iš 32:11 32:13; 32:14)

## SEKRETA

Meldžiame, Viešpatie, maloningai pažvelk į šias aukas, kurias sudėjome ant Tavo švento altoriaus, kad jos suteiktų mums atleidimą ir šlovintų Tavo Vardą.

## ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime,